

Taurus Statilius Corvinus promagister collegii fratru[m] | Arvalium nomine in luco deae Diae pro salute C. Caesaris A[ug.] | Germanici vaccam, quam III non. Ianuar. voverat, inmola[vit].

Ex fragmentis tabulae marmoreae rep. a. 1868 in vinea Ceccarelliorum (VI 2028; Henzen Arv. p. XL seq.). Videtur tabula pertinuisse ad acta anni 58 (cf. Henzen l. c.). Principium perit. — 1) Scr. ast tu (cf. not. 2). Iovem precatur promagister fratrum Arvalium. — 2) Cf. Jordan krit. Beiträge zur Gesch. d. lat. Sprache p. 290 seq.; praeterea infra N. 5050 not. 32. — 3) Simile quoddam donarium praeter solitum bovem auratum Iovi promitti videtur in voto quodam extraordinario facto sub finem regni Claudi (VI 2054 cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 226; ib. 7 p. 526 n. 7). — 4) Cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 225.

35 **5033** L. Flavio Silva Nonio Bassus, | Asinio Pollione Verrucoso cos.¹ | III nonas Ian., | magister C. Iunius Tadius Mefitánus collegi fratrum Arvalium nómíne vota nuncupavit | pró salute imp. Titi Caésaris dívi f. 40 Vespaſiáni Aug. pontif. max., tribunic. potest., cos. VIII, et Caésaris | dívi f. Domitianus cós. VII et Iúliae Aug. liberórumque eórum victimis immo-
latis in Caſpitólío quaé superioris anni magister voverat persolvit² Iovi o. m. boves mares II, | Iunoni reginae vaccás duas, Minervae vaccás II, Saluti publicae vaccas II et in | proximum annum nuncupávit, praeeunte L. Pompeiо Vopisco C. Arruntio Caſtelló Celere³ in ea verba quae infra scripta sunt: |

45 Iuppiter o. m., si imp. Titus Caésar Vespásianus Aug. pontif. max., trib. potest., p. p., | et Caésar dívi f. Domitianus, quos nō sentimus dicere, vivent domusque | eorum incolumis erit a. d. III nón. Ian. quaé proximaē p. R. Q., rei p. p. R. Q. | [er]unt et eum diem, eosque salvos servaveris ex periculis, si qua sunt | [eruntve ante] eum diem, eventum-
50 que bonum ita uti nos sentimus dicere | [dederis, eosque in eo st]atu quo nunc sunt aut eō meliore servaveris, ast tu | [ea ita faxsis, tunc tibi no-
m]ine collegi frátrum Arválium bubus au|[ratis II vovemus esse futur]um. |

[Iuno regina, quae in verba Iovi o. m. bubus a]jurátis II vovimus esse futu[rum, quod hodie vovimus, ast tu ea ita faxsis, tunc] tibi in eadem verba no|[mine collegi frátrum Arválium vaccis auratis II vovemus] esse futúrum. (*Reliqua perierunt.*)

Ex tabula marmorea, rep. a. 1699 ad viam Portuensem (VI 2059 cf. 52563; Henzen act. Arv. p. CVII). — 1) A. 84. — 2) persolvit et paullo post et in prox. a. nuncupavit abundat; scilicet duae eiusdem rei relationes confusae. Similis perturbatio supra N. 229 v. 41 seq. (not. 45). — 3) Cf. supra N. 261.

5034 Imp. [Ca]ésare Domitiáno Aug. Germ[anico XIII], | L. [V]ol[usio] Saturnino [cos.]¹ III [non. Ianuar.], | in Capitolio in pro[nao Iovis optimi maxi]mi C. Salvius Liberalis | frater Arval[is, qui vice C. Iuli Silani] magistri fungebatur, | ad collegium [fr]atrum Arvalium retulit: cum di immortales | propitiato numine suo vota orbis terra[rum],